

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM  
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis  
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea  
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

**Lichtenberger, Johannes**

**Köln, 1526**

Capvt sextvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)

PROGNOSTICVM IOANNIS

Fraconia. Nigrasilua cum Rhenigaudio circa Magunt.



Llis partibus euenient gloriae insignia, ac tripudia, ipsis adueniet substantia magna. eruntq; prouisi ad bella, appodiabunt, fortiores ac animosiores erunt ceteris ad tempus. deponant plura & ipsorum dominia, aut ex dignitate, officijs, & administrationibus cum honoris iactura deponent, & multi in his terris casum ab alto sentient & praecipitium.

CAPVT QVINTVM.

Vrbs Treuerica, & Mosella cum Vuestervualt, Hundsruck.



Mltarum scientiarum secreta, inuestigatione assidua perquirentes, subtiliq; artificio pollentes in istis locis. Sed multi dignitatis iacturam patientur, & eorum dominia siue praelationes si habuerint, amittent. Et si malignos aliquos homines omnia negotia prospero euentu complere faciet, tandem tamen in praecipitium & malae mortis exitium dabit, nisi claris aliquibus stellis regali maiestatis radicatione praefulgidis protecti fuerint.

CAPVT SEXTVM.

Francia.

Picardia cum adiacentibus.



Vni miseris calamitatibus mortis patienti incommoda, sicut imbecilles & debiles epilectici, quoque caduca mentis uitio laborantes, absconsi laboris tormenta patientur. multi paralitici, multi leprosi, exulcerata macularum labe possessi. Acerbos oculorum labores & dolores indicit, cum morte

LIECHTENBERGER.  
turpissima multi peribunt.

CAPVT SEPTIMVM.

Hassia. Saxonia. Thuringia usq; ad mare Septentrionale.



Mltos miseros ac pauperes faciet præsens constellatio, assidua damnorum incurfione misero paupertatis onere, ac egestate grauatos. laboriosos semper conuersationibus attritos, ut sic tempora longa pannis male pēdentibus, quasi nudi incedant. Et ipsa lucra in his partibus cum maximis laboribus & periculis deferent.

ex aquis aut ex naufragijs misera periculorū discrimina patientur, & miseram mortes. Turbulētis etiam seditionibus populum exagitabunt, ac latrocinantem manum sanguinis profusione cruentabunt, & impatientes multum erunt.

CAPVT OCTAVVM.

N ij